



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarivs Martini Lvtheri in Ionam Prophetam

Luther, Martin

Haganoæ, [15]26

VD16 B 3890

Sed tu uitam meam a perditione eripuisti Domine Deus meus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35968

munita; ita submerso quoque in mari manendum est, ubi à fluctibus absorptus interiit. Et tunc quidem à terra conclusus est, hoc est, à montibus quibus mare utrinque septum est, hoc est, undis ita captiuus tenetur, ut nulla sit enatandi aut euadendi uia relicta. Et hoc iterum uides cuiusmodi cogitationes animum Ionæ tam deuorati, tenuerint. In tali casu facile omnes uoluptates contempsit. Tantummodo letalibus cogitationibus diuexatus est, imò potius in uniuersum omnem spem uitæ recuperandæ abiecit. Hic nullam adhuc Deum inuocationem adesse uides.

Sed tu uitam meam a perditione eripuisti Domine Deus meus.

Fides post tentationem.

Hic tandem incipit se ostendere tranquillitas, & meliores cogitationes ascendunt in animo. Hic fides quæ per tantis afflictionibus iactata defecerat, iterum caput erigit ad uictoriæ palmam adfectas uiam. Hic finem habet desperatio. Quo tempore inquit erant longe maximo mortis periculo expositus, nec uita amplius erat speranda, hæc impossibile uidebatur me uiuere posse, comòdum tua ineffabili potentia aderas, è presenti exitio uitam meam erepturus. Ita, quando funiculus omnium artissime premit, et tenet, plerumque rumpitur. Quomodo Deus relictus me seruator dicitur, & tum demum succurrit, dum res sua deple-

I N I O N A M

deploratissime. Sed quid facit ita auxiliādo, audi.

Cum deficeret a me anima mea,
Domini recordatus sum, & uenit
ad te oratio mea ad templum san-
ctum tuum.

Primū, Deus ad erigendū confirmādumq; animū,
largitur donū gratiæ & spiritus, ut diuinæ misericor-
diæ memor sit, utq; illas quas de ira apud se cogitatio-
nes cōcepit, posthabeat, uertatq; se à Deo iudice, ad
Deum patrem. Verū hoc humanarū uirū opus non
est, siquidē Ionas hic testatur animam suam despera-
tione superatā, apud se defecisse, ex quo palām fit, de-
fectionem animæ suæ opus fuisse peculiare, & pro-
priū. Quod uero Domini tam deficiente anima re-
cordatus sit, & crediderit, hoc proculdubio animæ
suæ opus haud quaquam fuit. Præter enim spiritus
adminiculū, Domini memor esse potest nemo. Vbi ue-
ro Dei recordatio cœlitus demissa in animo exoritur,
protinus & noua luce illustrantur omnia. Hic iterum
recuperandæ uitæ spes sese ostentat, & crescit ani-
mo audacia inuocandi Dominum. Nec fieri potest,
ut tandem surdis auribus repulsus, & spe frustra-
tus abeat. Hoc enim est quod Ionas dicit in pri-
mo uersū, se clamasse in tribulatione sua ad Domi-